



111111
111111
111111



F.R. 100,7

V, 360

ORDINARIVS
SENIOR CAETERIQVE DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
DE
LAVDABILITER SVPERATO EXAMINE
GENEROSISSIMI VIRI
CHRISTOPHORI CONRADI DE PONIKAV
TESTANTVR.

Rhapsodiae Supplementa.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



OBSERVATIO DLXI.

*Tutoris feodalis (eines Lehn-Vormundes)
quanta sit auctoritas et in quo
consistat officium?*

Magna olim tutoris clientelaris, (qui proximus minorennis vasalli agnatus aut simultanee inuestitus esse, et a matre peti debet) immo tanta auctoritas, vt etiam fructus caperet; exigua vero hodie, vt vix ad aliud datus esse videatur, nisi vt inuestituram petat et in seruitiis militaribus vices minorennis vasalli sustineat, fidelitatem iuret et, ad summum, tanquam tutor non multo potentior, quam honorarius, inspicere possit an mater in allodialibus bonis, ad quae fructus feodi pertinent, data tutrix probe gubernet? ne forte male gerendo ipsa substantia praedii aliquid detrimenti capiat. Caeterum autem nec educare pupillum nec quomodo educetur curare, ad tutoris feodalis officium pertinet, multo minus administratio ipsius praedii. Feodalis tutor testamento dari non potest, licet fa-

cile soleat confirmari. Nunquam autem ipsa mater ad hanc tutelam feudalem admittitur, quia seruitiis militaribus praestandis minus idonea, ut ex Attestato Curiae Dresdensis a FLEISCHERO *Instit. Iur. Feod. cap. 8. §. 23.* allegato apparet, huius sententiae: *Dasß bey der Churfürstl. Sächßischen Landes Regierung und Lehns Curia eine Mutter zur Lehns Vormünderin nicht confirmiret, sondern derselben, wenn sie gleich sonst ihrer Söhne Vormundschaft führet, respectu der Lehns Angelegenheiten ein absonderlicher Lehns Vormund constituiret werde und niemand ohne Vorbewußt und erfolgte Bestädigung sich der Lehns Vormundschaft anmaßen dürfe, wird unter vorgedruktem Churfürstl. Canzeley Secret hiermit attestiret. Signatum Dresßden den 5 Jun. 1719.*

- 3 Attamen in Lusatia Superiori tutore peculiari ad feudum non opus esse, sed matres omnia gerere, obseruat HORNIVS, penes quem huius rei fides fit. Non hic mea facio, quae de *Tutela Illustrum* BOEHMER, GRIEBNER, aliique iurisprudentiam priuatum principum ex professo illustrantes exposuerunt, sed intra cancellos iuris priuati me contineo.
- 4 Intra minorennitatem vasalli a matre tutrice praesentatum vacantis parochiae Candidatum memini Consistorium repudiasse, utpote quod nulli, quam foli feudali tutore iuris patronatus exercitium permittit.

Cum

Cum nuperius mater tutrix a subditis filii operas exigeret, hi autem se tales debere negarent, instituta a tutrice actione excipiebant rustici, matrem ad causam non legitimatam esse, quia peculiaris tutor, qui causam feudalem curaret, minori vasallo constitutus esset. Illa vero respondere: operas ad commoda et fructus feudales pertinere, hosce autem allodiales esse. Verum hoc quidem, si de commodis indubitatis, verbi causa: de residuis nec praestitis, attramen debitis, operis aut residuo censu lis foret. Si autem hoc ipsum: an census vel operae debeantur? adeoque de iure quaeratur, videtur ad feudalem tutorem potius haec actio pertinere, quoniam operae tales praedio nobili tanquam servitutes reales debentur, eique inhaerent? Item huius agnati siue feudalis tutoris auctoritate opus est, si particula auulsa feodi vindicetur, vnde cum mater actionem talem instituisset, mense Martio 1773 respondimus: *dafs bey 5 Thaler Strafe klagende Vormünderin zu gegenwärtigem Proceß die Einwilligung des Lehnvormundes anzuschaffen und dergestalt ad causam sich zu rechtfertigen schuldig.*

Cacterum Subvasallo minorenni non supremus, sed immediatus dominus feudalem tutorem constituit. Caute autem, ne dominum in Amtsfaccis bonis Praefectum putes, quod ridiculum, sed in Amtsfaccis feodis ipse princeps, non is, quem dixi, praefectus tutorem feudalem confirmat.

VI

7 Caeterum etiam tutoris huius honorarii, nempe
des *Lehnvormundes*, bona pupillo tacite oppignorari,
exilimo.

8 Definit haec agnati tutela in Saxonia anno pu-
pili XVIII, quo quidem ad homagium admittitur et
maiorenitatem feudalem consequitur. Hoc anno ad-
ministratio feodi omnimoda, non quidem ipsi vasallo,
attamen tutrici matri aut ordinario minoris curatori pe-
nitus committitur. BVRCH. GOTHELF. STRVII
Elementa Juris Feud. cap. 5. §. 97.

OBSERVATIO DLXIII.

*Nepotes filiorum nomine continentur, quo-
ties de eorum commodo agitur; In
onerosis contra.*

In fideicommissis non solum a parentibus sed
etiam ab aliis condito, v. c. Si testator di-
xerit: DO LEGO FRATRI MEO ET FRATRIS
LIBERIS, nepotes etiam fratrum contineri, sae-
pius ac nuperrime his verbis respondimus, *Ubrige-
ns da unter Benennung derer Söhne auch die Enkel,
in den Fällen, wo es zu derer letzteren Vortheile gereicht,
allerdings begriffen*

L. 220.

L. 220. D. de verb. signif. L. 6. C. de testam. tut.
L. 2. §. 7. C. de except.

BERGER. Oecon. Iur. lib. 2. tit. 4. th. 35.

WERNHER. Tom. 3. Obf. 352. Part. 2.

in gegenwärtigem Falle aber die dem ältesten Sohne gegebene Erlaubnis, das Lehn zu veräußern, etwas vortheilhafter enthält, und daher, daß der letzte Willensfifter sich des Wortes Sohns nur Exempelsweise bedient, dessen Kinder aber von gleicher Erlaubnis nicht ausgeschlossen habe, abzunehmen, etc.

OBSERVATIO DLXIV.

*Vtile consilium datum viduae in causa
Donorum Nuptialium.*

*De Specificatione in nouam formam, salua
materia.*

Acceperant noui coniuges a conuiuis nuptialibus
dona argentea et stannea. Cum autem tempore
progrediente, vt formae rerum variant, coniugibus
haec vasorum veterana facies et obsoleta forma
displi-

VIII

displiceret, fabro hoc argentum stannumque committebant conflandum, vt ex prisca vasa formaret alia gustui nouorum temporum magis accommodata. Supererat ergo vetus materia, sed forma et facies externa mutabatur. Cum vidua illata repetens partem dimidiam mutati argenti atque stanni sibi arrogaret, ei mariti heredes opponebant: dona nuptialia, vt donata erant, in natura non amplius superesse, adeoque haec noua vasa ex vetustis conflata massae inferenda, nec viduae semissem ex his praestandam esse. De ea re consultum Mense Iulio 1772 Collegium Ictorum Lipsiense ita respondit:

*Obwohl der auf das Hochzeit - Geschenke gestochene Name derer, so es verehret, keinen völligen Beweis, sondern nur allensals eine Muthmaßung abgiebet, das wo der Name von des Bräutigams Anverwanten auf einem Stücke befindlich, solches dem Bräutigamme noch wo die Anverwanten der damahligen Braut, und nunmehrigen Witbe, ihre Namen aufzeichnen lassen, dieses selbiger eigenthümlich zugehören solle; Sondern im Gegentheile dafür zu halten, das alles Hochzeit - Geschenke beyden Ehegatten gemeinschaftlich zugetheilet worden sey, vvo nicht bessere und deutlichere Gründe, das es einer von beyden allein und mit des andern Ausschlusse haben solle, vorhanden; Uebrigens Inhalts der 22 Churfürstl. Constitution im dritten Theile die Helfte nicht von allem und jedem, sondern nur von demjenigen Hochzeit - Geschenke, so annoch vorhanden, der Witbe ausgesetzt und gegönnet, solglich da der verstorbene Ehemann, das
seiner*

storbene Ehemann das seiner Seits ihm angeblicher Weise geschenkte Silberwerk verkauft, auch von dem Zinne, so seine jetzige Witbe von ihren Anverwanten erhalten, da es durch den Gebrauch schadhafft worden, umschmelzen und neues daraus gestalten lassen, das solches Hochzeit-Geschenke, nicht mehr vorhanden, es sich ansehen lässet, indem der Zingieser nicht allein die Gestalt verändert, sondern nach Gelegenheit anderes Zin, auch vvoht Bley, darunter gemenet, solglich das vvenigstens diejenigen Schüffeln, so von denen Hochzeitgüsten verehret worden, nicht mehr in Natur da wären, also auch von diesen die hinterlassenen Witbe nicht die Helfte fordern könne, vieler Ansehen Rechtens sich hervor thut.

Dennoch aber und dieweil nach denen bekannten bey der Specification eingeführten Regeln, das umgeschmolzene Zin, was den Hauptstos anlanget, unveränderlich geblieben und der bloße Zusatz von ähnlicher Materie oder neuem Zinne die vorige Sache nicht gänzlich vertilget, solglich es keinesweges auf die Forme und äußerliche Gestalt, sondern auf die innerliche Materie ankomt, als welche bis diese Stunde noch vorwaltet, bey solchen Umständen aber das das geschenkte Zin noch da sey, sich wohl behaupten lässet, sintemahl die obangezogene Churfürstliche Constitution das das Hochzeit-Geschenke beydes, sowohl der Gestalt als der Materie nach, unverändert geblieben seyn müsse, nirgend erfordert, mithin es darauf ankommen wird, ob die Witbe, wie viel Zin ihnen beyderseits geschenkt worden, und das das geschenkte Silber oder Zin nicht verkauft

B

oder

X

oder dran gegeben, sondern in dem umgeschmolzenen
annoch enthalten sey, erweist, welches wenigstens
durch die Gewissensrührung bewerkstelliget werden kan;
als in welchem Falle zwar die Forme, nicht aber die
Materie in die gemeine Erbschaft gehörig, woraus fol-
get, daß die Witbe sich die Helfste des Macherlohns müsse ab-
kürzen lassen,

So ist die Witbe, wenn sie das Gewichte des
zum Hochzeit - Geschenke erhaltenen Zinnes und
Silbers anzugeben im Stande, und zur Helfste
das Macherlohn vergüthen wil, die Helfste des
umgeschmolzenen Zinnes und umgearbeiteten Sil-
bers zu verlangen berechtigt. Wäre auch
dieselbe besser, als durch die aufgesetzten Nah-
men derer Anverwanten, wie ihr eines oder das
andere alleine geschenkt worden, zu beweisen
im Stande, so wären solche ihr allein geschenkte
Stücken ihr auch allein gehörig. V. R. W.

Mitta-

Mittamus vero, quae ex feueriori iuris disciplina Ordinarius more suo praemitti voluit, vt lectores quaedam prius forensia acciperent, antequam ad id deueniretur, cuius causa hae tabulae exeunt. Nempe rationem reddere rei publicae voluit de vita sua huc vsque in nostra liberalium artium Vniuersitate peracta is, quem titulus huius programmatris loquitur, generosissimus iuuenis. Nos vero lubenter publicamus nomina doctissimorum e nobilibus virorum, qui iuris scientiam examini solenni et cenfurae nostrae commiserunt, ne exempla defint caeteris, quae sequantur. Commendandus igitur in praesenti ex illustri et perantiqua Ponikauorum gente, quae patriae multos in fago, multos in toga, heroes dedit

VIR GENEROSISSIMVS
CHRISTOPHORVS CONRADVS
DE PONIKAV

Is anno MDCCLII. Ulmae, natus ex beato
IOANNE GEORGIO DE PONIKAV Serenissimi
Saxoniae Electoris quondam Consiliario Aulico, prae-
matura morte MDCCLVI. rebus humanis ere-
pto; matrem vero ornatissimam et illustrem Do-
minam MARIAM ELISABETHAM REGINAM
filiam BARONIS DE KALZENPOECK adhuc
superfitem veneratur. Postquam prima littera-
tura in Gymnasio Vlmensi imbutus atque deinde
anno MDCCLXVIII. in Academiam Tubin-
gensis Rectore Magnifico GODOFREDO PLON-
QVETO receptus esset, statim se literis dedit et
MULLERO Gymnasii Vlmensis Rectore et Histo-
riae vniuersalis Professore in humanioribus studiis;

EHE-

EHEMANNO in Physicis, WIDMANNO in Logicis et Metaphysicis, HVDELSIDERO in moralibus, FAVLHABERO in Mathematicis vsus est. Anno MDCCLXX. in Academia Lipsiensi Albo discipulorum Rectore Magnifico BELIO inscriptus suadente patruo, venerabili viro (in quo non Patrum habuit, sed Patrem potius) Summe Reuerendo et Perillustri IOH. CHRISTOPHORO DE PONIKAU Consiliario Saxoniae Intimo, Ecclesiae cathedralis Martisburgenfis Capitulari et Scholastico, cui tutela nostri Ponikauii ex agnatione competens commissa erat, vt tamen in cura administrationis Vir illustris D. IO. GEORGIUS SPILLNER, ecclesiastici senatus et Sacri Consistorii supremi Dresdensis Consiliarius ipsum iuuaret. Noster vero vti illum veneratur et colit, ita huius benevolentiam gratissimo animo agnoscit. Itaque venerandi patris confi-

XIV

lio sapienti factum, vt apud nos **CRYSIVM** in Logicis audiret et **BOEHMIVM** in historia rerum publicarum. Nec **FRANKIVM** praeteriit, Historiam Imperii Germanici, item ius publicum Imp. Rom. Germ. et, cum **PÛTMANNO**, quem pariter audiuit, ius feudale docentem, deinde **SCHOTTVM** secutus in legum naturalium praeceptis, iurisque Romani et Germanici historia, eundem in elementis iuris ciuilis et Germanici, nec non in publici vniuersalis philosophia, denique **ZOLLERVM** in Pandectis, in vsu forensi Iudiciorumque ordine cognoscendo, in Criminalibus et arte Acta referendi iudicialia. Audiuit autem tanta cum assiduitate, vt ipse ego, qui haec scribo, Ordinarius testari possim, mihi doctrinam Iuris Canonici tradenti tam sedulo et diligenter operam dedisse, vt ne vnâ quidem al-
teram.

teramve horam defuisse meminerim. Ab his itaque magistris instructus ab Ordine nostro haud immature petit, vt ipsum ad Solenne Examen admitteremus. Honesto huic desiderio eo facilius annuimus, quo magis morum probitas, pietasque ex vultu eluceret. Mite enim ei placidumque ingenium et honestissimi mores, quos tamen caeterasque animi dotes, quae sub adsp̄ctum quodammodo cadunt et vel ex alloquio elegantissimus quisque ingeniorum scrutator satis ipse cognoscit, in praesenti non commendabimus, sed testimonio potius fideli has litteras de eius eruditione coronabimus. Tentauit in vtroque, et sacro et ciuili, iure eius quid humeri valeant, quid ferre recusent? collegium, quo in scrutinio se talem praestitit, quem laudamus, Ponikauius, vt, cum ex responsionibus ipsum non frustra scholas frequentasse intelligeremus, omnes

XVI

omnes in sui amorem ita alliceret, vt solenne et publicum testimonium ei decerneretur, quod speramus ei vtile fore, si in Palatio militare velit, vtque ei ita, vti meretur, feliciter euentura sint, quae instituet, faxit Deus feliciter.


P. P. DOMINICA LAETARE, MDCCLXXIII.



Zd 3600. FK.


X 2311389

HL



F.R. 100,7

V, 360



ORDINARIUS
SENIOR CAETERIQUE DOCTORES
FACULTATIS IURIDICAE
LIPSIENSIS
DE
LAUDABILITER SVPERATO EXAMINE
GENEROSISSIMI VIRI
CHRISTOPHORI CONRADI DE PONIKAV
TESTANTVR.

Rhapsodiae Supplementa.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

